eſtat
uius
ndiſ
orta·
: cui
ctrie
bim·
ebris
t Vir
titias
mina
itate
tibus
incũt
riur :
. Sed
eleſti
hibẽ·
inam
quadã
attin
tam⁹
ulas:
ſitiẽt:
ietate
quãto
ramq;
inqui
omas
s ſole
o diui
deria:
petua.
i que
i Tho
:ſciſſi
a ſuſci
ualca

Oratio ...

In dur...

REVEREN...

Reatino Ma...

TRaces Ni...
gna ſubegi...
do alligatã dono...
minima omnia e...
tiunculã: quam...
meq; ipſum tuis...
ſter me lĩrarioſq;...
lia tibi debere : ...
ut uelles : horu...
quandoq; nec ſe...
camur, Vale.

...uli

...ou·
...irã
...ac
...ora
...xi:
...te
...xi·
...ſſes
...od
...tæ·

Oratio magiſtri Nicoletti.

In die Circumciſionis Scta.

REVEREN. Dño D. Pompeio Coluñ. Præſuli Reatino Magiſter Nicolettus fœlicitatem.

TRaces Nipſei cum ſeſe Dario Iſtaſpis ſine pugna ſubegiſſent: Ranã Vnioni in natura mirãdo alligatã dono miſere: illis teſtantes Maxima ſe ac minima omnia ei dedicaſſe. Ego tenuiſſimã hãc oratiunculã: quam te abſente in Capella ut cunq; dixi: meq; ipſum tuis ſacro pedibus: ut quibus poſſum teſter me lr̄arioſq; uiros omnes ingentia quæq; & exilia tibi debere: quibus ſi prodeſſe tantũdem poſſes ut uelles: horum & opum abunde ſupereſſet: quod quandoq; nec ſero: futurũ optamus/ſperamus/præcamur/ Vale.

¶Oratio Die Circũciſionis in Capella/ a/ Magiſtro Nicoletto Dato Luceñ•dicta•

Fœlix ut omnibus ſit iſte dies / fœlicior hic Annus/fœliciſſimi qui noua hæc intramus tẽpora fœlices ſuperos oẽs : fœliciorem uirginẽ Deiparam: fœliciſſimũ dominum Teantropon:blandiſſime/ardentiſſimeq; ſilentes præcemur• Aue

Circũcidite præputium cordis uñi & ceruicem uñam ne induretis amplius/Deuterono•x• Ca•

INmortalis ſemper erit ea Darii regia uox:qua percuntantibus amicis:quid in toto principatu difficillimũ offendiſſet:reſpõdiſſe fert̃•Hominũ merita & ĩ me collata officia quiuiſſe extimar̃ & eis p̃mia ſaltẽ equare reddẽdo potuiſſe• Immenſa itaq; difficultate obuia cõquirimus nos•Quãta fuerint hodie hoĩs Dei in Circũciſiõe merita: quæq; eis debita præmia:& qbus a/Deo fuere tributa• Quo tñ id facilius fiat Expendamus uelut in librili hinc in circũciſiõe oĩa ſupplicirer facta:hinc ob circũciſionẽ oĩa liberaliter data: geminaſq; exequemus lances:& cũcta quaſi pñtia ſub nños oculos cõſtituam9:ſingula penſiculatim reputãtes•Poſtq̃ igit̃ octauus illuxit dies intueamur parẽtes ad templũ ꝓuehentes infantem:In quæ hoc hodie tẽploꝝ excelſiſſimo delubro: in hac ueſtra proxima Celo araſ: Coram uobis fidei altiſſima culmina:pro genere humãọ:Deo maximo

Chriſtū maximū/ in maximū oblatū munus ſpecte
mus • En farre litauimus agno aut uitulo? Plus ego
ſuperis teſtantibus una oblatione dixi q̃ poſſit ulla
copia ſermonis enarrari: offert̃ ſupræma creaturaꝝ:
homo innocens/ deitati iunctus: Sūma fulgens grã:
Immenſa beatitudine fruens/ Virginis natus: Rex
angeloꝝ/ Creator omniū/ Dei filius/ Sotius trinitatis
Pro cuius equamēto cūctis creaturis longe maiora
cogitur Deus ſempiterno ſuo iure nobis rependere•
Grandia hæc: ampliora ſubnectā: Cerno•n•iam nūc
lapideo cultro ei preputium ſecari • Indoluit primū
tenera ætate læſus: at dolor hic omniū poteſt mede/
ri tormentis• Ingemuit infans/ clamores ſimul pios
ad ſydera tollit• Sed replent hi eiulatus lętitia orbē/
demulcēt inferna/ omne cœlū gloria intonāt/ deflet
quā perſentit pœnā• Verū lacrymæ ille decoræ ma
re agerūt ſupereminens Oceanū: quo labes omniū
eximi: macies pelli: quorum uis emendari uulnera
queāt• Sacer effluit ſanguis: creſcenſq; deuexū aglo
merat lacū• De quo qui combiberit / annoſa poſita
ſenecta floridam iuuentā renouabit• Exanimata ca/
dauera eo conſperſa in ſanctiorē uitam reuiuiſcent•
An ne poterāt hæc quæ extera in ſacro xp̄i corpe ui/
dimus examen in æquilibro ſiſtere? Nōne ſuoꝝ me
ritoꝝ ſumma omnē iam fidem exceſſit? Verū quæ
interna & inſup cęleſti dñici pectoris templo/ nobis
abdita/ momēto circūciſionis effulſere/ uix capit hu/
manæ coniectura mentis• Diuina namq; illa natura
in profundo cordis nr̄i dei / & in intimis animi eius

uirtutibus geſtiente. Quis beatiſſimas ſuas cogita-
tiones proſequat̃? Quis flãmatas pro nobis præces
explicet? Quis crucis deſideria & aſſertionis noſtræ
ardorem credendo poſſit æquare? Nimirũ meritoꝝ
acerui mõtes ſuperant/& ſydera tãgentes ingenti ui
latiſſimã in cœlũ uiã faciũt. Nũc ſi ueſtras aduerti-
tis mentes: una memorãda Theologoꝝ ſignificatio-
ne omnia claudã. In circũciſionis ſacramento meri-
toꝝ xp̃i magnitudo ſufficiens fuit pro totius huma-
ni generis redemptione:& uſq; adeo profuit q̃ ſi for
ſan naturali egritudine poſtero die infans Ieſus ob-
iiſſet: potuiſſet eni ſic tũc periiſſe. Ex petito dũtaxat
ex optatoq; Crucis eculeo nos liberi/ab inferis p̃ſes
fuiſſent erepti:& cœli fores ut nũc patulæ ſunt om-
nibus patuiſſet. adeo etiam nõ aſſecutis ardenter uo
luiſſe abũde pulchrũ atq; gratiſſimũ & facti loco re
ceptũ apud deũ ſemper fuit. Statuerã hic orationis
finem: ſed dei p̃ſens imago admonet oportere/meq;
ego illic cerno prius uobis demonſtrare. Conſpicite
igit̃ hũc quẽ nup puulũ uidimus uagientem oium
membroꝝ nexu deuinctũ uerpũ & appellam factũ:
inuaſtiſſimã molem nũc creſcentem: ac ſup hoc alta
re ſtãtem: qualẽ quãtũq; cœlicolæ uident oĩpotentẽ:
meq; ſilentia tenẽte ad uniuerſos mortales uoce quã
tremiſcit mũdus pauca hæc audite loquentem.
¶ Sitiui arſiq; ſemp hoim ſalutẽ. Teſtant̃ inprimis
quæ octauo ab ortu die uolens ipſe tuli: ſpectatiſſi-
ma ut palã eſt admonitione hoim: cũ maius malum
ſit minima huius carnis iũctæ deitati leſio q̃ totius

creaturæ malū• Indolui tñ/congemui/clamaui/fleui
ſanguinē & præputiū reliqui: ut uos reſectis crimi/
nibus a morte reducerem• Verū hoīes quaſi nō mea
progenies: ſed truci ac peſſimo parente Cacodemo/
ne ad crimina nati/ ſpreuere ingratiſſimi oīa/ meq; p
fidi contempſere: nā quis mortaliū? quis fletu inge/
muit meo? quis in plagas lumina flexit? quis lacry/
mulā pietate uictus excuſſit? quis dolētē deū ſuū cō
miſeratus eſt? quē ſcælerū pœnituit aut abominādæ
cōfuſionis ſuæ puduit? Heu ira incenſus agor quā/
do nūc in præmiū co℞ putri ipſi potius cōtabeſcūt
ocio & ob ingluuiē uiuentes elemēta oīa inportēto/
ſiſſimas gulas cōdūt• Hic primus amor: & ſtudia p̄ci
pua amentes libidines & mōſtriferos cōcubitus pro
dere: aſſiduecq; Clinopalē ludere• Primus hoīum ho
nos eſt nocētiſſimū cōgeſſiſſe per omne nefas aurū:
ut rapina℞ finis ſit in nefarios uſus/ amētiſſima pro
fuſio/bono℞ egeſtates/ gemitus/ ludibria & mortes•
Equitatis & iuſtitiæ uenératū numen ne ferras lin/
quēs in cœlū rediret/ captū canatūq; pedoroſis mer/
ſere carceribus: ut illud meq; p̄tio cotidie ſine rep̄hen
ſione uendāt atq; reuēdāt• Feſtos oēs dies meos atq;
pfeſtos Trietericis baccanalibus: diurna ac p nocti
alea/teſſera/talo facinoroſiſſime pfanauere: me etiā
paſſim qm̄ ſtigmate nequeūt cōuitiis furenter lanci
nāt• Audētq; mediū unguē oñdere: aut laqueū mitte
re: uel crucib9 deſperāter minaces deterreri• Nr̄is ic
circo uocib9 & monitis duras obſtruxerē aures: frugi
feraſq; lacrymas meas ut lotiū abhorruere: ſalutife℞

ſanguinem canibus alitibus lingendũ & exſorben-
dum præbuere. Atq; utinã nõ Ambubais cœteriſq;
ferarũ portentis : inq; tartarea tãdem uerſi monſtra
homines odere/odere ſeipõs/odere cœlicolas & deũ.
Hiiſq; manibus & armis quibus orbẽ ueræ fidei ſub
egiſſe debuerãt. O infrenã xp̃ianoꝝ ſuperbiã: ipſum
ip̃m Cœlũ proſcindere ſunt adorti: & Tunicã meã:
quã uiroꝝ nulla uis diſcindere ualeat fruſtatim ſeca
re cõtendũt. Lacrimabile heu nimiũ fuerat hacten9
proceſſiſſe humani ingenii improbitatẽ. At illi etiã
in uiſcera mea: in ſponſam meã: in dei eccl̃iam: inq;
dei ipſius cor & eſſentiã: Ha ſcelus infandũ/inſidias
oẽs/rabiem oẽm/impia arma oĩa cõtenſere. O prodi
gia/o mors/o tp̃a ſæua. Verũ eniuero dabunt ſi uiuit
deus dabũt improbi uiuẽtes etiã per oĩa tormẽta ul
trices pœnas/ utq; demũ probos iuuet nefas uultũ:
ſcelus extinctũ: omne crimẽ ꝑditũ: terraꝝ hoc ego di
gito fundamẽta quatiã: totũq; ab radicibus imis or-
bem euulſum cõterã: delinquẽteſq; oẽs profunda in
tartara trudã. Hiis dictis nr̃os reliquit uiſus: me ue
ro adeo totũ error ſæuiſſimus occupat/ut oĩum igna
rus tantũ Superũ euxilia tacitus implorẽ. Cũ ſubito
cœleſtis tubæ terribilem ſonitũ admonentẽ audio:
Humiliamini ſub omnipotenti manu dei: ut uos ex
altet in tempore iracũdiœ ſuæ. Ego igitur qui oĩum
xp̃icolaꝝ uices hodie iuſſus orãdo ſubiui: oĩum etiã
nomine ſuperna iuſſa utcũq; poſſum exequor.

¶ Ecce itaq; nos dñe cũ dolore/ gemitu/ & lacrymis/
in cinere & cilitio quaſi amẽtes corã te oẽs nudamur

colla fune reſtringimus/deuincimus poſt terga ma-
nus/corda pādimus/aīas effundimus/corpa hæc no
ſtra in imū terræ centrū deiicimus/atq; ſub nefandi
ſſimi Luciferi pedibns ut exitialia ſcælera nr̄a deme
ruere ſubſtrauimus / deq; tā profundiſſimo loco ad
te te hominē innocentē & deū uiuentē uociferantes
clamitamus/ueniā petimus/miſericordiā præcamur
per illā ſupra omnē cogitatū ſanctiſſimā dei eſſentiā
& pſonaꝝ Trinitatē/tuā humanitatē/& uirginē ma
trem/perq; Angelos omnes & ſpiritus beatos/ per te
metipſum ſeruatorē noſtꝝ oramus atq; obteſtamur
efflagitamus & obſtringimus/miſerere dolentiū/ſuc
curre ruentibus/iacētes erige/ſubmerſos ſuſcita/mor
tuos uiuifica/ æternoq; Patri tuo offer benigniſſime
obſecramus pro nobis illud tuū penetratū caput/cō
punctū cerebrū/laniatos crines/ſanguineā frontem/
languentes oculos/ emiſſas lacrymas/ percuſſas ge-
nas/ſqualentē barbā/fedatos uultus/ mutatā faciem
reuinctū collū/enodata brachia/cauatas manus/tra
iectos pedes/apertū latus/ effuſum ſanguinem/reſo-
lutā aquā/numerata oſſa/laceratiſſimū corpus/exan
gues uenas/diſtractos neruos/uoratas medullas/tor
ta uiſcera/liquefacta inteſtina/ oppſſum cor & mor-
tuū. Et quicquid ad pietatem flectere poſſit demon
ſtra:ut die iſto Anni principe : quo rerū oīum ordo
renaſcit᷑: Nos animo repurgati ac retra illuuie ema
culati / atq; ab inferis rediuiui incipiamus tandem.
Nil conſcire nobis nulla palleſcere culpa : Tu uero
pius circa nos decreta referas in melius / nutātemq;

mundum omni formidine ſoluas. Adſis quoq; cle-
mens huic ſedatæ ſponſæ tuæ/ ac inuincibilem dex-
træ tuæ potentiam oſtende. Vtq; limus hic dureſ-
cit & hęc ut cera liqueſcit uno eodemq; igne/ ſic uno
eodemq; tuo Crucis ſigno continuo denſiſſima Iacu
leris fulmina quibus infeſtas cœlo acies/ præcipites
agas/obduratoſq; debelles. Eiuſdemq; dextrę uictri
ci ſigno ſubiectis omnibus parcas/pellas a Chriſtia-
no eminus orbe pallentes omnes morbos/ imperio-
ſam arceas famem / elimines malas fraudes/doloſas
eximas inſidias/amentem diſcordiam/belliq; fomen
ta profliges. Eadem ualida ſignāte manu/pacis dul
ce decus reddas/ cœleſtem iactes lucem/ luſtres ho-
minū pectora/ſpargas leni gratiæ rore terricolarum
animas / uoluptes mentes / amenes corda/ refoueas
corpora/ut cum iocūdi deoue grati longos impleue-
rimus annos/leti cœlo imittamur aperto Amen.

DIXI.